



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Christiana Ancilla Ibera. 15. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

S. CHRISTIANA ANCILLA IBERA.
15. Decembris.

Hujus quoque nomen nescimus. credo, quia virtus supra caelos hoc exiit. Illud satis constat, vixisse, cum rerum Constantinus potiretur, & Iberis servitatem servivisse; ceterum præter conditionem servile nihil habuisse, quin ab hac S E R V A Iberos pileum libertatis Christianæ accepisse. Res sic gesta memoratur. Filium Ibericæ matronæ gravi morbo afflictum precibus ad Deum fufis valetudini restituerat, cum ejus facti rumor ad aures reginæ gentis perlatus est, tunc itidem graviter fortè à morbo decumbentis. Ergo, cum in spem valetudinis & ipsa venisset, deportari servulorum manibus ad Divam nostram voluit. Ibi in lectulo servili collocata sanitatem extemplò & vires recepit, quas frustra in regis stragulis suspiraverat. Ut verò grata Numini foret, autor esse conjugii regi cœpit, ut Christo se dederet, cui morbi & mors ipsa jam parerent. Ille moris moras nec tebat, dum inter venandum iratos & caelos, & ventos expertus, & in ultimum vitæ periculum devolutus, opem Christi præsentem ipse etiam sensit. Tum vero templum Deo posuit, in quo Diva hæc columnam,

16. Dec. VITÆ SANCTORUM. 787

nam, cum viribus nullis posset, precibus
erexit, suspensamque in aëre tam diu
servavit, dum spectantibus omnibus
suapte motu in locum suum desideret.
Atque in hoc templo primas Christo I-
beri aras, pectora sua devoverunt. Gere-
castum cor, & templum Salomonæo
præstantius existit. *Ex Socrate & Theod.*

*Quemadmodum febriçitantes appetitum
& robur amittunt: sic qui principum aulas
frequentant, mentem & bonos mores perde-
re solent, nisi frequenter animo repetant hoc
dictum, Nosce te ipsum. Anton. Mach-
serm. 59. sententiarum.*

SSS. ANANIAS. AZARIAS. MISAEEL.

16. Decembris.

A Page vetus Roma cum foculo suo
Scævola tuum! In fornacem hanc
oculos mitte, & superari à pueris He-
bræis viros tuos specta. Tres erant (A-
NANIAM, AZARIAM, MISAELEM dixe-
runt) principes juventutis, interque e-
phebos regis Nabuchodonosoris accensi.
Hic in eâ ætate formæ gratiam & se-
nem in pueris sapientiam amabat; at
Deus amplius quid, virginem animum
& à regis mensæ deliciis abstinentem. I-
ta de adolescentum amore rex magnus
& Max. *Deus* certarunt. Quid nî hic
vinceret? Fortè statuam posuit Na-
bu-

Ddd 2